



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

413. Ut dæmonibus similibusque passionibus irretiti ministeria sacra  
tractare non debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

nos ætatis nec Diaconi ordinentur nec virgines consecrentur.

Burchard. lib.  
2. c. II.

Qui partem digiti sibi abscidit, Clericus esse non debet. *Ex epistola Felicis Papæ.*

CCCC X. Qui igitur partem digiti abscidit volens, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò casu hoc accidit, & Clerici possunt fieri, & si in clero fuerint reperti, non abici. [ *Vide Innoc. III. lib. 10. ep. 124.* ]

Decreta In-  
noc. I. c. 28.  
Burchard. lib.  
2. c. 14.

Ne inliterati ordinentur. *Ex epistola Gelasij Papæ.*

CCCC XI. Inliteratos quoque aut aliqua parte corporis imminutos nemo præsumat ad clerum provehere; quia nec litteris carens facere esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil Deo prorsùs offerri legalia præcepta sanxerunt. Similiter qui se ipsos abscidunt.

Decreta Gela-  
sij c. 17.

Ne criminosi ad clerum assumantur.

*Ex eadem epistola.*

CCCC XII. Ne criminosi ad clerum admittantur. Ait enim Apostolus: *Manum nemini citò imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.*

Decreta Gela-  
sij c. 18.  
Lib. 7. Capi-  
tular. c. 50.

Ut dæmonibus similibusque passionibus inretiti ministeria sacra tractare non debeant. *Ex eadem epistola.*

CCCC XIII. Usque adeo sanè competimus inlicita quæque prorumpere ut dæmonibus similibusque passionibus inretitos mysteria sacrosancta tractare tribuatur. *Et post*

Decreta Gela-  
sij c. 19.  
Burchard. lib.  
2. c. 20.

Vide lib. 7.  
Cap. tilar.  
c. 51.

*pauca. Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina prohibet, quanto magis doni cœlestis dispensatores non convenit, quod est deterius, mente perculsos?*

*Caput 412. vicem obtinebat lemmatis in editione Helmstediensi. Quoniam vero hic titulus non conveniebat capiti 413. in quo de diversa prorsus materia agitur, nos, ne quid remorari posset lectorem, singula distinximus. Tum lemmata his duobus capitibus addidimus ex nostro.*

*De filiis concubinarum, ne ad clerum afflumantur. Ex Concilio Aurelianensi, cap. x.*

Concil. Aure-  
lian. 3. c. 9.  
Burchard. lib  
2. c. 19.

**CCCCXIV.** De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas habuerunt, & defunctis uxoribus sibi concubinas publicè sociaverunt, id observandum censuimus, ut sicut eos qui jam Clerici per ignorantiam ordinari sunt non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

*De raptoribus virginum & viduarum. Ex Concilio Meldensi cap. LXI.*

Concil. Meld.  
c. 64.  
Vide infra lib.  
2. c. 159.

**CCCCXV.** Raptiores virginum & viduarum, qui etiam postea voluntate parentum eas quasi desponsatas sub dotalitij nomine in conjugium duxerunt, publicè pœnitentiæ sub jungantur, & post publicam pœnitentiam, ne in pejus corruant, iterum convenientes de cetero eleemosynis & ceteris quibuscumque salificæ conversationis actionibus infervire